



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Assertio Omnium Articvlorvm M. Lvtheri, Per Bvllam Leonis X. Novissimam Damnatorvm**

**Luther, Martin**

**[Basel], 1521**

**VD16 L 3876**

Qvintvsdecimvs. Magnus error est eorum, qui ad sacramentum  
Eucharistiae accedu[n]t, huic innixi, quod sint confessi, quod non sint sibi  
conscij alicuius peccati mortalis, quod praemiserint orationes ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33308**

nitens, dicendo: Ego credo. Fidem autem certissime senti  
re potest, in corde si eā habet, ut Augustinus dicit, Et Pau  
lus. ij. Corinth. ult. Vosmetipsos tentate si estis in fide,  
ipsi uos probate: An non cognoscitis uosmetipsos? quia  
Christus Iesus in uobis est, nisi forte reprobi sitis. Ecce  
scriptura docet fidem sentiri, & tamen negat omnia pec- *Fides sentit.*  
cata intelligi, ac per hoc fidei tutius quam contritioni in-  
nitendum sit.

## QVINTVSDECIMVS.

Magnus error est eorum, qui ad sacramentum  
Eucharistiæ accedūt, huic innixi, quod sint confessi,  
quod non sint sibi conscij alicuius peccati mortalis,  
quod præmiserint orationes suas & præparatoria,  
omnes illi iudicium sibi manducant & bibunt. Sed  
si credant & confidant se gratiam ibi cōsecuturos,  
Hæc sola fides facit eos puros & dignos.

Hic Paulus stat pro me, dicēs: Nihil mihi cōsciū sum,  
sed nō in hoc iustificatus sum, Ecce oīa reijcit, nisi fidem  
solam, de qua dicit Rom. ij. Iustificā s eum qui est ex fide.  
Quare adhuc dico, si fidē excludas, oīa quæ facis deceptio  
nes sunt & peccata, Ro. xiiij. Omne quod non est ex fide  
peccatum est. Cum enī in sacramēto quolibet sit uerbum  
prōmissionis, ut superius diximus, necessario sequit̄, qđ  
non opus ullū, sed fides exigit̄. Quanq̄ uerum sit, fidem  
non esse posse, sine sequētibus operibus. Verū impij illi, *Fides nō est  
sine operib⁹  
sequētibus.*  
nos operibus, tū ante fidē, tum sine fide, magnificatis, per  
dere uolūt, hos tū lupos deuita. Crede primū uerbis sacra  
menti & hac fide purificatus, tū si libet præpara, ora & fac  
quæ uoles. Oportet enim! accedentem ad deum credere,  
& sine fide impossibile est placere deo, Heb. xj. Et postu  
let in fide nihil hæsitās, Iacobi. j.